Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31280
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



45 25

Heua in circuitu oculos tuos & uide omnis iste congregati sunt uenerunt tibi. filii tui de longe uenient & filie
tue de latere surgent. Tunc uidebis & afluues & mirabitur
& dilatabitur cor tuum qm conuersa fuit ad te multitudo
maris. fortitudo gentium uenit tibi. ℣ omnis de saba uenient aurum & thus deferentes & laudem domino annuntiantes. ℣
Reges tharsis & insule munera offerent reges arabum & saba
Gla libanum ad te uenient. ℣ Domina adiuuabit eum.
abies & buxus & pinus simul. ad ornandum locum sanctificationis mee. & locum pedum meorum glorificabo. & uenient ad te curuati filii eorum. qui humiliauerunt te & adorabunt uestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi. & uocabunt te ciuitatem domini sion sancti israel. ℣ Illuminare illuminare hierusalem uenit lux tua. & gla domini super te orta est. ℣ Et ambulabunt gentes in lumine tuo. & reges in splendore
Pro eo quod fuisti derelicta & odio habita. & non erat qui transiret. ponam te in superbiam seculorum. gaudium in generatione & generationem. & sugetis lac gentium & mamilla regum lactabis. & scies quia ego dominus saluans te. & redemptor tuus fortis iacob.